nis creature tibi creatori per ver-  
bum similiter: et hoc vidisti. In tuo  
lumine vidi: et noui quod preuidisti: hec  
omnia quia cum ipso: et in ipso video:  
et absque illo est ambulare in tenebris.  
O dulcis amor tu vidisti in te necessi-  
tatem sancte matris ecclesie: et reme-  
diū quo indulget: et ipsum remediū  
tribuisti: ut orationem seruoris  
tuorum de quibusuis quod fiat mu-  
rus cui apodictur murus ipius ec-  
clesie sponse mea quibus elementia  
tua spiritus sancti ministrat ignita  
desideria reformationis eiusdem. Si  
militier video quod preuidisti peruer-  
sam legem meam: et cniustus regis  
nationalis creature que lex semper est  
apta obuiare: et rebellare voluntati  
tue: et vidisti quod ipsam fecuturi era-  
mus: vere video quod nosti fragilita-  
tem: huius nature nostre humanae  
quam scilicet debilis est: quam fragilis:  
quam etiam misera. Et ideo tu sumus p-  
nior in omnibus prouidisti tu su-  
mus remediator qui in omnibus ea  
remediasi dedisti nobis arcez: et for-  
titudinem voluntatis: sociando eaz  
cum hac debilitate carnis que vo-  
luntas taz fortis est: ut nec demoni  
uz: neque alia aliqua creature preua-  
leat aduersus eam: nisi per liberum  
arbitrium in eniā manibns pos-  
ta est: hec voluntas assentiat. O eter-  
na bonitas. Et unde tanta fortitudo  
in voluntate creature mea nisi a te.  
Suma et insuperabilis fortitudines.  
Unde video quod participat de forti-  
tudine voluntatis tue: quia ex vo-  
luntate tua ipsaz dedisti nobis. Quis

revidemus quod tunc est vere fortis vo-  
luntas hominis dum sequitur volun-  
tatem tuam debilio autem quando  
discedit ab ipsa: quod ut dictum est de  
tua voluntate creasti: ideo in tua ma-  
nens est fortis: hec oia in lumine tuo  
nouit in voluntate nostra. Et sic eter-  
na pater indicas et demonstras forti-  
tudinem voluntatis tue. Si enim in  
parvulo membro tanta est fortitudo  
quanta estimabimus esse tuam qui  
creator et gubernator es omnium: Tu  
video in lumine tuo. Tidelicet quod  
ista voluntas tua: quia dedisti nobis  
liberā positam in manu liberi arbitrii.  
Tidetur quod roboretur a lumine  
fides: quod cum ipso lumine noscit ho-  
mo in lumine tuo eternam volun-  
tatem tuam quam videt non velle  
nisi sanctificationem nostram: ita quod  
lumen facit crescere et roborare vo-  
luntatem que nutrita a lumine sancti  
sime fidei viviscat opera hominum  
unde patet quod nec voluntas vera: ne  
quod via fides potest esse absque operi:  
hoc lumen alit et augmet lumen in ani-  
ma: quia non potest gustare ignem  
caritatis tue nisi lumen ostendat ei  
dilectionem tuam erga nos. Tu ergo  
lumen es materia ignis quia nutrit  
et facis crescere ipsum in anima: ut  
ligna augmentant: et faciunt cresce-  
re ignem materialiter. Tu lumen au-  
ges caritatem in anima: quia ostendis ei  
diuinam bonitatem: et ipsa ca-  
ritas nutrit te in ipsa: quia optat co-  
gnoscere deum suum: et in vis facere ei. O prouisor optime tu  
noluisti quod homo ret in tenebris:  
nec manaret in guerra. Et ideo

pudisti ei de lumine fidei qd pate/  
facit iter: et tribuit summa pacem. non si  
nuit aia perire fame: nec manere nu  
da: aut esse pauperem: qd pascit ea de  
cibo gratie: et faciendo gustare sibi in  
affectione caritatis tue: cibis aia: idu  
it ipsam vestem nuptiali. scaritatis et  
eterna voluntate tua: et tribuit et di  
utias eternas. Peccauit domine misere  
rere mei: quod tenebras pueris le  
gla mce quia suz semper scenta caliga  
nit oculis intellectus mei. Ideo  
non cognoui te lumen verum pla  
cuit igni caritatis tae illuminare me  
tuo lumine vero. In lumine tuo ostendisti  
mihi qd pudisti culpam: quam p  
petraturus erat homo: et remedium  
culpe. i. redemtionem quia post mo  
dum fecisti p verbum: et qd pudisti  
fragilitatem hois: et remedii contra ip  
sam. Excellentiam voluntatis date  
nobis a te summa altitudine. Sz quid  
est qd vicit et alit eam: lumen sanctissime  
fidei. hoc lumen est principius  
medium et finis culuscumq; pfectio  
nis. Ipsum lumen est quod aternat  
et auget perfectionem in anima: hoc  
et lumen perficit caritatem in ipsa: et ip  
sa cuz augmentat: et conservat: ut di  
ctum est. O deus eterne. o amor in  
estimabilis caritatis tota est impa  
stata tecum creatura tua: et tu cum  
ipsa per creationem per fortitudinem  
voluntatis per ignem ex quo creasti  
eam per lumen naturale quod dedi  
sti ei quod videt te verum lumen exer  
cendo illud cum fame realium vir  
tutum propter gloriam et laudem no  
minis tui. O lumen super omnia lu  
men. O bonitas que omnem supc

ras honestatem. O sapientia superans  
omni sapientiam. O ignis qui dominem  
igne excedis. Et hec oia es qd tu sol  
es ille qui es: et nihil aliud est aliquid  
a te nisi in quantum a te habet esse.  
O crux et miserabilis aia mea non vi  
gna qd de te una cui alios scruta dei si  
at mirum in subficiis sancte matris  
ecclie: sed petens plantari in ven  
tre cuiusdam aialis brutorum: semper ope  
ra aialis operata es. Brattas gra  
tias agd tibi eterne deus qui non ob  
statibus iniuriantibus meis digna  
ris me ad supradicta eligere. Sup  
plice figitur: qd ex quo tu spiras i cor  
dibus seruorum tuorum anxia: et ignita  
desideria p reformatione sponsus me  
et facis eos pro ipsa incessabilis voce  
clamare: qd erauidas clamorem tu  
um. Confirma etiam et auge bonam  
voluntatem vicarij tui: et concede: ut  
in eo impletatur vera perfectio: et u  
militer suppliciorum oratio pro omnibus  
ratioabilibus creaturis: sz ma  
xime p illis quos posuisti supra dor  
sum mens quos: ut debilis: et insuffi  
ciens reddo tibi. Nolo qd petam mea  
impediant eos quem per lumen secu  
ta peruersam legem affectum: vide  
lacet carnis: sed opio et orio qd factas  
ipsos sequi te cuz perfectionem: ut me  
reantur assequi iustas preces quas  
fundunt: et fundere debent pro salu  
te totius mundi: et reformatione ec  
clie tue. Peccauit: peccauit domine par  
ce mihi miserabilis: et in gracie gratia  
rum. Fatoz eterne deus qd bonitas  
tua conservavit me sponsam tuam:  
quannus infidelis semper fuerim tibi

bi ex defectibus meis. Peccauis domine miserere mei.

O ratio eiusdem sc̄a rome dic mar. viii. xiiij. febri. vij. cclxxix.

**O** Deus eterne: o deus eterne: si supplico pius nobis: et si tu dicas: o asta et eterna trinitas et pietas quod germinat misericordia est tibi propria cum ipsa misericordia propria tibi sit quod non est absque pietate ex pietate enim misericordia nostri. Ego confiteor et recordo: video enim quod ex sola pietate dedisti verbē tuū pro redemptione nostra quod pietas summisit et ex dilectione a fonte amoris cum quo creaveras creaturam tuā. Et quod valde placet tibi. Ideo postquam perdiditerat vestem innocentie: motus fuisti induere ipsam gratiam tua reducendo eam ad pristinum statum: non tamē abstulisti ab ea libertatem offendendū: sed conservasti ei liberum arbitrium: et legem peruersam quae semper pugnat contra spiritum quam imitatio apta est ad cadendum in culpas peccati. Postquam ergo tu pius es deus eterne: unde hoc quod homo est taliter crudelis sibi metiphi: Maiores et enī crudelitatem non potest contra se exercere quod cum culpa occidere semet ipsum: Ipse est pius sensualitati cuiusqua pietate marinam crudelitatem contra ahimam vivitur: et etiam contra corpora: quia corpora damnatorum: simul cum anima punientur. Hoc video quod a nullo alio procedit: nisi priuatione luminis: quod non cognovit pietatem tuā in nobis. Quia

de et propter hoc ostendis tu quod nihil prodesset homini pietas tua absque pietate sua. Et hoc autem patet: quod creasti hominem absque eo: sed sine eo non vis salvare ipsum: vis ergo pietatis et misericordiae pater: quod homo respiciat immensam pietatem tuam: ut vel sciat primo esse pius sibi metiphi: et postmodum similiter proximo suo iuxta illud. Caritas incipit a seipso. Itaque vis et anima respiciat pietatem: ut auferatur ab ea crudelitas sua: et quod capiat cibum quod habet alicet eam et tribuere ei vitam. O deus eterne. O ignis et abissus caritatis oculus tuus respicit super nos. Ut autem creatura tua videat quod sic est: videat quod firisti super nos oculos misericordie: et pietatis aut iustitiae et hoc secundum opera uniuscuiuslibet. Dedisti ei ut videret oculum intellectus. Unde manifeste patet quod omnne malum procedit a priuatione luminis: et omne bonum pronenit nobis a lumine: unde enim potest diligi quod non videtur: et videre quicquid absque lumine nemo potest. O deus eterne. O pietatis et misericordiae pater sis pius nobis et misericordia nostri. Sumus et enim ceci: et absque lumine precipue ego misera miserabilis propter quod fui semper inimicu metiphi crudelis. Cum illo oculo pietatis quo nos et cuncta creasti respice necessitatem mundi: et ipsi mundo prouideas. Tu dedisti nobis esse de nihilo: illustra ergo supplice hoc esse quod tuus es. Tu dedisti lucem apostolorum temporibus oportunitate huic mundo: hoc igitur tempore quo maxime idigemus

In lumine suscita unum paulus qui  
vniuersum mundum illuminet et ceteri  
velamine misericordie tue operi et  
claudere oculum iustitiae et aperi oculum  
Iam pietatis cum vinculo caritatis  
liga te ipsum et cum eodez placet trahere  
indignationis tue. o dulce et suave  
lumen. o principium et fundamentum  
nostrae salutis quia cum lumine tuo  
vidisti necessitatem nostram. ideo in  
ipso lumine videmus eternam bonita-  
tem tuam quam cognoscendo diligimus.  
o uno et ligamen tui creatoris  
in creaturam et creature in te crea-  
torem. cum fuisse caritatis tue liga-  
tus es et cum tuo lumine dedisti ei  
lumen. Unde si aperit oculos intel-  
ligentie sue cum dehiderio cognoscet  
di te cognoscit. Nam lumen tuum in-  
trat in omnem animam aperientes  
ei ianuam voluntatis. Manet enī  
ad ostium anime et moritur ut aperiat  
sibi intrat in illam. sicut sol percussi-  
ens in scena clausa que cum aper-  
ta est illico intrat in domum et illaz  
illustrat ita oportet et creature tua  
habeat voluntatem cognoscendi te  
cum qua aperiat oculum intelligen-  
tie quo aperito immediate tu versus  
sol intras et illustras eam et illuminas  
eum. quid operaris tu lumen pietatis  
intus in anima. Expellis tenebras  
et infundis lucem. Extrahis humi-  
dum propinquam calorem tuo et re-  
manet ei ignis caritatis tue. Facias  
cor liberum quia in lumine tuo no-  
nusquam nobis vederis libertatem  
tempore nos a servitute demov-  
nit in qua humanum genus ex sua  
cruelitate pernenerat. Unde odit

homo communem viam crudelitatis  
que est pietas erga sensualitatem pro-  
pter quod efficitur crudelis contra  
eum et prius ratione seras ponendo  
potentis anima. Claudit enim me-  
moriā miseriā mundi et varijs de-  
lectationibus per oblitōnēm volū-  
tariam se ab eis extrahendo et apre-  
rit beneficiis tuis eorum memoriam  
sollicitate retinendo. claudit etiam et vo-  
luntatem ita quod te super omnia vili-  
git et omnia in te secundum volū-  
tatem tuam et solitudo te vult se-  
qui et tunc vere prius est sibi et sicut  
est sibi prius ista et proximo suo erpo-  
nendo corpus suum ad mortes pro  
salute animarum in omnibus actus pietatis  
cum prudentia vitatur quia  
in lumine tuo vidit cum quanta pru-  
dentialia in nobis operat et omnia.  
Tu lumen facis cor simper et non  
duplex et amplius et non artum intā-  
tum et omnis creatura rationalis  
efficitur capax et amore et cum cari-  
tate ordinata omnium querit salu-  
tem et quia non est lumen absque pru-  
dentialia et sapientia exponit corpus  
ad mortem pro salute anime prou-  
mi sui et non ponit animam perpe-  
trando culpam. Non enim licet homi-  
ni perpetuare minimam culpam  
ut sufficiat potest salutem totum mundum  
et pro utilitate creature finite que  
nihil est ex se non debet offendit. In  
finitus creator omnium qui est oē  
bonum pro corpore etiam proximi po-  
nit substantia temporalis et taliter ap-  
petit est istud cor quod nulli est sicut et  
quislibet potest cor talē comprehendere  
non enim ostendit unum in figura et

In lingua: alind tenedo intrinsecus:  
Istud vere ostendit se eē eratum in  
veteri vestimento et induitum nouo  
voluntatis tue. Itaq pater oīpotēs  
cruelitas nōa pcedit et eo q̄ non  
videm⁹ pietatē tuā qua vñis eo cr/  
ga aias redimēdo eas p̄ciōsō sanguī  
ne filii tui. verte verte misericors pa/  
ter oēlos pietatis sup ecclesiā et vi/  
cariū tuū. ptege cū sub vmbra ala/  
rum tuarū ne iniquitas superbo no/  
ceat ei: et mihi cōcede ut diffilē san/  
guinē et medullas ossītū in hoc viri/  
clarior tuo sancte ecclesi. Si respicio  
in te video q̄ oculo tuo nō abscon/  
sum ē: hoc nō videt hōies mudi ob/  
fuscata nube p̄p̄ri amoris. Si enī  
vident nō eēnt tā crudelēs p̄p̄ta  
animab⁹: sed ex pietate tua efficerē  
tur p̄p̄: et id necessariū ē lumen quod  
toto cordis affectu supplice insun/  
das oīb⁹ rōnaliib⁹ creaturis p̄ ver  
bū tuū fecisti pietatem et iustitiam.  
Iustitiam qnidē supra corpū sumi:  
pietate p̄o supia nos miserrimos. o  
summa bonitas quō nō dissoluit dñ  
rities cordis nostri. Quōd cor meum  
nō exst per, oī certe q̄ nubes obscura  
uit oculum mētis mce: et nō finit te  
anima videre ac ineffabilē pietatez  
Quis vñqñā pater prodidit suo ini/  
mico tradidit p̄p̄si filii mori. so/  
lus tu pater eternæ caro nostra qua  
induistī fēbi passa fuit. nos ho con/  
secuti sumus fructū si volūt⁹. Ita  
vis q̄ sensualitas nostra pariaē vt  
aia recipiat fructū vite. o doctrina  
fundata in pietate. et id dixit veritas  
eva. Ego suz via p̄etas et vita. Si vo/  
lum⁹ assequi pletatē tuam opozit

nos ex rebito p̄ illud iter accedere  
p̄ q̄ gratis iusti. o de⁹ eterne ego  
de me cōqueror tibi vi facias iustitiam  
mihi que ipia sum anime mee et  
pia sensualitatē. peccani dñe misere  
re mei. o pia crudelitas que pteris  
et calcas sensualitatē in hoc tpe bre/  
uissimo et finito ut exalte animam  
in eternū: vñ pcedit patientia vñ fi/  
des: spes: et caritas orūnt. certe a p̄  
estate predicta q̄ pagit misericordiā:  
quid soluit alaz a scypa et ligat cā ti/  
bit. Hec pietas acquista cū lumine.  
o pietas delectabilis. o pietas q̄ es  
velut vnguentū. Tu erit ignis irā  
et crudelitatē in aia. Hac pietatem  
iterū supplico am et eterne iunctas  
osb⁹ creature rōnaliib⁹ et p̄cipue his  
quod dedisti mihi ut singulari amo/  
re diligā eos. Fac ipsos pios ut viā  
tur pfecta crudelitate cū qua occi/  
dant peruersam voluntatē. hac cru/  
delitatē videris tu veritas docim⁹  
se qn̄ dixisti. Siquis venit ad me et  
non odit patrem et matrē et uxorem  
filios et fratres. adhuc autem et alaz  
suam rē. Hoc ultimum videtur dis/  
sile. Alia vero sepe faciunt serui  
mundi: quānis non amore virtutis.  
Sed difficilius est homini exire de  
natura sua q̄ sequi ipsam. Naz̄nra  
ē rōnalis ergo rationem debemus  
sequi. o veritas eterna. tu es odor su/  
per omnem odorem. tu largitas su/  
per omnem largitatem. tu pietas  
omnem pietatem excedens. tu es iu/  
stitia omnem iustitiam superā. Im/  
mo es sons iustitiae qui vñlēuiḡ red/  
dis iuxta opera sua. Juste enī per/  
mittis q̄ iniquus homo sit incom

portabilis sublimet quia optat id quod  
est minus se cupiens mundanas vi-  
tias et delectationes; omnia enim  
que creasti minora sunt homine et  
in ceteris obsequium creata non ut ipse  
seruist eis. Solus tu es maior nobis  
et ideo debemus optare assidue te que-  
rere et tibi seruire. Et in iste facio quod  
fustus gustet in hac vita pacem et  
quietem animi me sue quia posuit a se  
et tu in te qui es vera pax et summa  
quies. Et his qui per hanc vitam mor-  
talem viriliter cucurserunt miseri-  
corditer tribus vitam eternam. Tu  
es bonitas infinita quam nullus pre-  
ter te plene capere aut comprehendere  
potest nisi quantum concedis et  
tantum concedis quantum disponi-  
mus vas anime ad recipienduz.  
O dulcissime amor ego nunquam te  
noni propter quod nec dilexi. Ego scri-  
etiissime tibi comedo filios quos ap-  
poluisti deo meo. Tu posuisti me  
ad exercitandum eos: que semper dor-  
mio. Tu excita illos benigne et pie  
pater ut deulus intellectus ipsorum  
continuo vigilet in te. Nececaui do-  
mine miserere mei. Deus in adiuto-  
rium nostrum intende: domine ad ad-  
iuandum nos festina. Amen.

Oratio eiusdem facta Rome die in  
ne psalmo martyrum super scripti. ix.

**O** Alta et eterna trinitas. O tri-  
nitas eterna. Tu trinitas  
eterna dedisti nobis dulce et amabi-  
le verbum. o dulce et amabile verbum.  
Sicut natura nostra est debilis et pro-  
clivis ad esse malum sic natura tua est

fortis et apta ad omnem honestum. Debili-  
lis est homo quia recepit debilitatem na-  
turam a patre suo. Non enim potest  
pater aliam naturam dare filio suo  
quam de illa quam habet in se: et ad ma-  
inmet certitudinem fragilis carnis sue quaum  
similiter recepit a patre. Itaque natu-  
ra nostra est fragilis et ad omnem ma-  
lum flexibilis quia omnem suum pro-  
ductum ex genere primi patris nostri  
Adam ex una caderet mortali generi  
sumus. Qui quidem ex quo vis-  
secessit a summa fortitudine tui eter-  
ni patris debilitatem sinit: et quia su-  
it rebellis tibi: ideo in semetipso re-  
bellionem inuenit unde partitus a  
summa honestate et fortitudine repe-  
rit se debilem et feret ad omne ma-  
lum. O verbum eternum fili dei. Na-  
tura tua est fortis et apta ad omne  
bonum quia receperisti illaz ab omni  
potenti et eterno patre ipse dedit illi  
bi naturam suam que nullum dese-  
ctum potuit pati videlicet beatitatem  
et ideo nil mali in te sinit nec potuit  
esse. Tu ergo tu dulce verbum ro-  
borasti naturam nostram debilem  
per unionem quam fecisti in nobis  
per istam unionem fortificata est no-  
stra natura: quia in virtute sanguini-  
tis tui auferitur ista debilitas in la-  
cro baptismate: et postquam perue-  
nimus ad etatem discretionis forti-  
ficamur in doctrina tua: quia ho-  
mo qui sequitur illaz in veritate in-  
duendoscopis perficit in tantum  
efficitur fortis et aptus ad bene ope-  
randum quod cere cessat ab eo rebellio  
carnis contra spiritum: quia anima

Uia perfecte est unita in doctrina tua et corpus unitum est in anima: et ideo vult sequi affectum aie: quia propter ea que prius consueverant ipsi delectare. sicut era mundi tunc tota liter dispergit. Similiter etiam ea quae sibi difficultas et aspera videbatur videlicet sequi virtutes modo dulcia et delectabilia sunt eisdem. Bene ergo est veritas quae in verbum eternum decessit fragilitatem nature nostrae cum fortitudine naturae diuinitus quam receperisti a patre: et hanc fortitudinem dedisti nobis ut dictum est medianis tibus sanguine et doctrina. o eterne sanguis: eterne dico quia unitus es cum natura divina: homo qui cum lumine nouit fortitudinem tuam descendit a debilitate sua quod lumen non adspicitur nisi assumatur oditum contra propriam sensualitatem et potius amittitur naturale. o dulcissime sanguis tu fortificas animam tu illuminas ipsam: in te efficitur angelica: tu instantum obumbras ipsam caritate tua quae penitus obliviscitur sui et nil aliud quam te potest videre propter quod fragilitas carnis etiam in sensu odorem virtutum ista quae simul corpus et anima clama, revidetur ad te in quolibet exercitio: et hoc dum sanctum desiderium permanet et angelus. Si enim alias te pesceret et alliceretur desideristi subito eis suscitata rebellio magis via quam prins. o doctrina veritatis quam tantam fortitudinem prestas anime induit te quae in nulla adueritate deficit: sed de omni prelio obtinet palmam fortis est dum sequitur te:

que processisti a summa fortitudine nisi enim sequeretur te nil ei proficeret fortitudo tua. Hoc me misera que nunquam veram doctrinam secuta sum: et ideo tam debilis sum quod in omni minima tribulatione deficio. Peccauit domine miserere mei.

Dilexide more solito orauit mater pro ecclesia dei pro vicario Christi et filii eius ac etiam pro omni rationali creatura. Amen.

O ratio eiusdem facta Rome die mercurii tertio marthi mensis super scripta.

r.

**O** Trinitas eterna: o alta et eterna teitas nos sumus arbores mortis et tu arbor vite. O deitas eterna quid est videre in lumine tuo arborem puram creature tuae quam traxisti de te summa puritate cum pura innocentia et unitate et plenitate in humanitate quam formasti de limo terre et fecisti liberam. Tu trinitas eterna dedisti ramos huic arbori qui sunt poteris aie. sicut electus: memoria et voluntas: quem fructum prodidit in intellectu posuisti fructus discernendi: et in voluntate fructus amoris. O arbor posita in tanta pureitate a placato re meo. Sed hec arbor deus eternus quia abscedit se ab innocentia primo bedientiam cecidit: et de arbore vite effecta est arbor mortis: unde non nisi mortales fruens postmodum perducebat propter quod tu alta et eterna trinitas ut christus et insatura ex amore creature tuae videndo hac

Y

arborem nullā fructū posse pdnce  
re nūlī mortis qz erat separata a te  
vita dediti remedium codē coacta  
amor quo creaueras ipsam inicrē  
do deitatem tuam in arborez moris  
nostre humanitatis. o dulce z suave  
inseritū. Tu d<sup>c</sup> summa dulcedo d<sup>s</sup>  
gnatus es vñtre te cū amari: udine  
nostra. Tu lucidus splēdor cū tene  
bris. Tu sapientia cū stultitia. Tu vi  
ta cū morte. Tu insinuitus nobiscuz  
sinitis. Quis te coegit ad hāc vñdō  
nē v: reddebas nobis vitā: euz ipsa  
creatura tantā iniurīa tibi fecisset  
solummodo amor vt dictum est: vnde  
per hoc inseritum dissoluitur mors.  
Sufficibat tue ardentissime carita  
ri fecisse cū ea hanc vñsionem: Non.  
sed postmodū tu verbum eternum  
hanc arborem proprio sanguine ir  
rigasti. Hic sanguis p<sup>r</sup> calorez sunz  
facit ipsam arborem fructificare si  
hō cū liber o arbitrio se in te inserat  
z si te vñiat: cor z affectū sunz ligā  
doz fasciendo hec inseritum cum fas  
cia caritatis z imitando doctrinam  
tuam: qz patrē nō possum<sup>r</sup> nec ve  
bemus sequi cū in eo nulla pena fure  
rit z nos per penas z cruciata desi  
deria debem<sup>r</sup> formari tibi. Itaq  
per te vitā producim<sup>r</sup> fruct<sup>r</sup> vite si  
nos in te inseramur. Nam qn̄ sumus  
inserit in te ramī quos dediti arbo  
ri nostro producunt fructus suos.  
Memoria tūc impletur continua  
recordatione beneficiorum tuorum.  
Intellectus speculator in te vt in  
telligat eternam voluntatem tuaz:  
z vt perfecte te noſcat: z voluntas  
vult diligere id quod intellectus vi

dit z nouit. vñns ergo ram<sup>r</sup> porſi  
git fructus alteri ramо: z qz anima  
per agnitionē quā hēt de te melius  
se cognoscit: id odit scmet. i. propriā  
sensualitatē. O amo: inestimabilis  
mirabilia sunt opera tua que opera  
tus es in creatura rōnali: Et si tu de  
us eterne tpe quo homo erat arbor  
mortis dignatus es restituere cum  
in arbore vita inserendo te vita in  
hoie licet quāplurimi et defectibus  
sunt sint tātūmō mortis fructū pro  
ductores: z hoc qz nō inserunt se in  
te eterna vita. Ita z nō potes pul  
dere pro salute totius mūdi quē vi  
deo nō inserere se in te: Imo quilibet  
permanet in morte sua: ipsi hoies  
non accedunt ad fontē in quo ē san  
guis vt aspergāt arbore suā. Inter  
nos ē vita eterna incognita nobis  
ignorantibus creaturis. o miserabi  
lis: o ceca anima mea vbi ē clamor:  
vbi preces quas debes effundere in  
cōspectu dei tui: qui continuo te in  
uitat: vbi cordial. s vider pro arbo  
ribus manentibus in morte: vbi an  
xia desideria in cōspectu diuine pie  
tatis: Nō sunt in me ista qz nōdum  
perdidī memetipsum. Si enim hoc  
fecisset z solūmodo detū quesissez. I.  
gloriā z honore nominis sui cor me  
um per os eriret de corpore z os  
la mea distillaret medullas sed nū  
quā produri nisi fructus mortis qz  
non inserui me in te. o amor mens  
quātū est lumē: quātā est dignitas  
quā recipit anima inserta in te ver  
itate. o imēla largitas memoria por  
igit qz summa obligati diligere z  
sequi doctrinā z vestigia verbi vni

geniti tui: ipsum eportet nos sequi et  
non te patrem: quod ut dictum est nul-  
la pena in te fuit aut esse potuit abs-  
que lumine ante fidem non possumus se  
qui hanc doctrinam nec vestigia ver-  
bi: unde intellectus figuratur et specu-  
latur in ipso lumine ut cognoscatur et  
subito voluntas diligat id quod in-  
telligentia vidit: et si unius ramus  
dirigit fructus vel porrigit fructus  
vite alteri remo. Et unde trahis o-  
arbor bos fructus vite: cum ex te mor-  
ta et sterilis sis ab arbores vite: nisi  
enim te inseruisses in ea nullum er-  
ta virtute producres cum tu nil  
fis. O veritas eterna sicut tu produ-  
xisti nobis fructus amoris inimicis  
et obedientie proprie propter que ut  
philocaptus currestis ad opprobrio-  
sam mortem sanctissime crucis et hos  
produristi virtute inserti quod feci-  
sti delectatis tue in humanitate no-  
stra et per insertum quod fecisti tui  
sacrificis corporis in ligno crucis: ita  
quod anima inserta in te ad nihil ali-  
ud attendit nisi ad honorem tui et ani-  
mam salutem: ipsa efficitur sapientia:  
fidelis: patiens: a: q: prudens. Erup-  
tes homo: erubescere: qui ex defec-  
tibus tuis tanto bono te priuas: et ta-  
ti mali efficeris dignus cum rationa  
opera tua nil possint aut possint pro-  
delle deo nec tua mala nocere: quan-  
tum summa bonitas bene delectet  
et factura sua producat fructus ut  
te ut infinitum fructum recipiat et co-  
sequatur sine propter quem oes crea-  
nit. Peccati dñe miserere mei: vni-  
tate et insere hos in te quos dedisti mihi  
ut singulariter diligas eos ita ut vi-

nos fructus producat video bonitas  
infinita et sicut tu imitis reorem lu-  
minis supernaturalis tu anima uni-  
ta tibi cum pacem et quietem conciende:  
ita cum rore seruorum tuorum auctores  
guerram et tenebras et reddes lumen  
et pacem dulcissime sponsa tue: et pro-  
pter hec humiliter supplico tibi.  
Peccanti dñe miserere mei. Amet.

Oratio cuiusdam facta rome in die  
annunciationis beate marie virgi-  
nis anni superscripti. xi

O Maria maria templi trinita-  
tis. o maria portatrix ignis.  
maria administratrix misericordie  
maria germinatrix fructus. Maria  
redemptoris humani generis et eoz  
et carne tua paciente in Christo redemi-  
ptus est mundus: christus redemit  
sua passione tu mentis et corporis do-  
lore. o maria mare pacificum. o ma-  
ria donatrix pacis. maria terra fru-  
ctifera. maria tu es planta noua: de  
qua habemus florem edonis seruum:  
verbum videlicet unigenitum deit  
in te enim terra fructifera semina-  
tum fuit hoc verbum. Tu es terra.  
tu es planta. o maria currus ignis:  
tu vestisti ignem absconditum et ve-  
latum sub cinere tuo: qui enim est  
nostra humanitas. o maria vas hu-  
militatis in quo vase viget et ardet  
lumen vere cognitiois quo lumine  
leuasti te supra te: et ideo placuisse  
eterno patri et sic ipse te rapuit et tra-  
xit ad se amore precipuo diligendo  
et ipso lumine: et igne tue caritatis

ac oleo tue humilitatis traxisti tu  
inclinasti humilitatem ipsius adue  
niendum in te: licet motus et tractus  
iam esset ad veniendum ab ardentis  
simo igne caritatis sue. O maria quae  
habuisti istud lumen: ideo non fuisti  
stulta sed prudens: unde ex prudenter  
voluisti inuestigare ab angelo quo  
modo esset possibile quod tibi nun  
ciabat. Non ne sciebas tu hoc esse pos  
sibile omnipotente domine absque vi  
la dubitatione credebas. Quare er  
go dicebas: quoniam irum non co  
gnosco. Certe non ideo hec dicebas  
quia deficeres in fide: sed propter  
humilitatem tuam profundas hoc  
virilis qua considerabas indignita  
tem tua: licet non dubitares hoc  
possibile esse deo. O maria fuisti tur  
bata in sermone angelico propter tu  
morem non videtur aspiciendū in  
lumen dei: quod timore fueris contur  
bata: licet actum admirationis et cu  
sudam conturbationis ostenderis.  
Quid ergo admiraris? Admiraris  
certe magnam bonitatem dei: quam vi  
debas et stupebas: considerando te  
ipsam et quod indigna eras ad tantam  
gratiam recipiendam. In consideratione er  
go proprie dignitatis et firmitatis  
et in consideratione magne et iessibilis  
domine gratia superfluisse admirata stu  
pebas. Sic ergo vobis prudenter iterro  
gas: ostendis profundam humilitatem tuam.  
Nec ut deum esse habuisti timorem: sed ad  
mirationem de bonitate imensa dei et  
considerationem punitatis: immo quod nihil  
tatis virtutis tue. Tu hodie o ma  
ria facta es liber in quo est descripta  
regula nostra. In te enim hodie descri

pta est sapientia proxima eterni. In te ho  
die ostendit dignitas fortitudo et liber  
tas hominis: ostendit video hodie dignitas  
homini: quod si aspicio te. o maria video  
quod manus spissantem descripsit ho  
die in te tota trinitate formando in te  
verbis incarnatum unigenitum vestrum filium.  
Descriptum in te sapientiam proximam que  
est ipse unigenitus dei vestrum. Descriptum  
est potestia ipsius proximam quod potes fuisse ille  
lud facere et descripsit est clementiam  
ipsiusmet spissantem quod sola gratia et cle  
mencia divina perfectum fuisse tam mysterium  
tuum. Si ego considero magnam vestram tu  
m et trinitatem eternam: video quod illum  
ne tuo vidisti dignitatem et nobilita  
tem generationis beatitudinis: vobis sicut amor  
coegerit te ad perducendum hominem de te.  
Ita id est amor te coegerit ad redimen  
dum iam videntem et perditum vestrum ostendisti te  
diligere hominem est antecepit enim cum volu  
sti trahere ipsum de te solo ipso amo  
re te inducere: et maxime amare erga  
cum demonstrasti cum postea te ipsum de  
disti ei secludendo te hodie in vilis sac  
culo beatitudinis ipsius. et quid plus va  
re poteras ei quod te ipsum. vobis vide dicere  
potes ei. Quid tibi debui immo quid  
ponui tibi facere quod non feceris. Sic  
ergo video quod quisquis in illo ma  
gno tuo confilio vidit sapientiam tua  
eterna debere fieri pro salute huma  
ni generis hoc clementia tua iessibili  
tatis volunt facere et potestia tua hodie  
adimpluit: vobis in salutem hominis in filio  
eternitatis tue misericordia tua ma  
gna nimis proponebat velle misere  
re hominem tunc: et in trinitatem eternam  
volcas implere beatitudinem tuam de nomine. Et  
quod salutem faceres cum et dare ei vitam

171

eternā pp̄ d̄ creueras iōm. pp̄ hoc  
enī creasti eū vi pfecte piciparet te  
z plene gauderet in te. hec ē vītas  
tua quā adiplere volebas: s̄ his ob  
stabat iustitia tua allegans in illo  
magno consilio q̄ sicut p̄pr̄ tibi ē  
misericere semp̄ z parecer ita z iustus  
es z iustitia tua in eternū p̄manet  
q̄ cī iustitia tua nullum relinquat  
malū ipunit̄: sic nullum b: nū irre  
muncerat̄ saluari nō poterat hō cū  
nō posset p̄ se satissimē iustitie tue  
de culpa sua. Quid ergo fecisti: qd̄  
deliberasti. Sapiētia tua eterna z  
īcōprehēsibili: vt z vītarē tuā iple/  
res z saceres mīfīco: dīt̄ z tñ satissi/  
teres iustitie tue. Quale remedium  
dediſti nobis. Ecce aptū remedium  
disposuſti. n. dare nobis vñigenitū  
ſob̄i tuā ita vt assimēdo massā hu  
manitatis noſtre que te offendērat  
spa poske patiēte ide satissimē iuste/  
ritate tue nō virtute h̄umanitatis sed  
virtute vñinitatis vñste in ipa hu  
manitate z sic satissimē iustitie ipse  
hō qui peccaverat z vītas tua iple/  
tur misericordia tua vñte hōi vñige/  
nitū tuū q̄ quē hō posset de culpa li  
berari tibi satissimē virtute vñi/  
nitatis cī. O maria ego video hoc  
vñ datū tibi cī in te: z tñ nō ſepa/  
ratur a p̄ficien̄ vñdatū mentale hōis  
q̄d̄ licet p̄feraſt̄ exerti z alijs coiceſ  
nō tñ recedit vel ſepaſt̄ a corde. Et  
his ergo ostēdiſt̄ dignitas hōis pro  
quo tu dētāta z tot̄ eo opaſt̄. Ostē  
dit̄ ēt̄ hodie in te Maria ſoritudo  
z libertas hōis. post deliberaſioneſ  
nēq̄ ſatiſt̄ cōſilij mittit̄ angelus ad te  
z annunciat̄ tibi mīſeriū cōſilij di/

nī requiriſt̄ voluntatē tuā. neq̄ enī  
ante venit ant deſcenſit in vīrum  
deſ filius h̄yp̄beres aſcenſum volun/  
tatis tue exspectabat ad ianuā tue  
voluntatī vt ap̄ires ei volenti ve/  
nire in te nunq̄a intraturus niſi ia  
nū aperires dieendo. Ecce ancilla  
vñi ſiat mil̄i b̄m verbū inī. Māni  
feste ergo apparet ſoritudo z liber/  
tas voluntatī q̄ neq̄ bonū neq̄  
malū p̄t fieri abſt̄ voluntatē neq̄  
p̄t dei neq̄ alia creatura p̄t cogē  
re voluntatē ad perpetrādū vñt̄ pec/  
catū mortaliſt̄ niſi ipſa velit ſimiliter  
nec ad bonū operandū quiskam  
immitū cogere p̄t. Et ergo voluntatē  
hōis libera. P̄dulabat o maria  
ad ianuā tuā deſtas eterna: ſed ſi nō  
aperuit̄ hōſtī voluntatī tue nō  
assum̄pſet̄ deus carnē humānam.  
Erubet̄ o aia mea. vīdes enim q̄  
deus hodie contrā rit̄ z fecit p̄ ſen/  
telam cum maria. Hodie oſtēnſum  
est tibi q̄ ſacta ſiſ ſine teramē  
ſine te nō ſaluatoris. vnde hodie vt  
victū ē pulſat̄ te⁹ ad ianuā voluntatī  
marie: z expeſtat̄ q̄ aperiat ſibi.  
O maria dulcissime amor meus in  
te deſcriptū est verbum a quo habe  
mus doctriṇā vite. Tu co tabula in  
qua deſcriptū est z porciſt̄ nobis  
illam doctriṇam. Video egaſpien/  
tā ipſum vñ vñigenitū dei vñdatū ſia/  
tim vt in te deſcriptū ē nō ſine  
cruce ſanctī deſiderij. Nā ſtatiū vt  
in te conceputum est annerum ſuit ſi  
bi deſideriū moriendi pro ſalutē hu  
manī generis pro quo ſalutādo car/  
nē aſſum̄ebat. vnde z magna crux  
erat et id deſiderium z voluſet ſta

im ipsler. Ad te o maria recurro et  
tibi offero petitiones meae quia peto  
pro dulci sposa dulcissimi salvato-  
ris nfi dilecti filii tui et pro vicario  
eiusdem iesu Christi ut detur ei lumen quo  
cum discretione tenet debitos mo-  
dos pro reformatio[n]e sc[ri]ptae ecclesie sp[irit]u-  
se sue. Cui est populu[m] eius et forma  
cor populi cui eo ita quod nunc surgat  
contra caput suum. Quidetur enim: quod de  
ipso feceris incedere multi enim per-  
cutiunt ipsis linguis et opere quantum  
possunt. Similiter rogo pro dilec-  
tissimis filiis traditis a te mihi: quod  
ignitas eos ita quod sint carbones non er-  
rantes sicut igni ardentes amoris carita-  
tis tue et proximorum ita quod aduenien-  
te tpe necessitate: si habent nauiculas  
aliap suap bene munitas et fuletas  
per se ipsis et pro alijs. Ego pro eis ro-  
go quos dedisti mihi h[ab]e non sim eis  
ca[usa] alienius boni: sed semper mali: quod  
sum eis non speculum virtutum h[ab]e  
ignorantie et negligenter multe: sed ho-  
die audacter peto quod dies gloriarum est et  
seio quod tibi maria nil ab eo potest bene-  
gari. O maria hodie terra tua ger-  
minauit nobis saluator. Peccatum  
dno ioro tpe viae meae. O pater mi-  
dulcissime. O amor inestimabilis.  
Peccatum dno miserere mei. O ma-  
ria benedicta dicaris tu inter omnes mu-  
lieres in seculum seculi quod hodie dedi-  
sti nobis de farina tua hodie unita  
et impastata est in unitate cum humani-  
tate nostra ita fortiter quod separari non  
potuit nec per mortem nec per ingratitu-  
dinem nostram unio illa quinto ui-  
nitatis unita fuit et corporis in sepul-  
chro et tunc aie in limbo et post die et

corpori simul in Christo taliter ergo es  
tracta et conglutinata est parentela  
ista quod sicut nunc disiuncta est ita in per-  
petuum nullatenus dissolutor.

O deo eiusdem sancta Romae die dominica.  
xxvi. Martijani supra scrip. xii.

O deo eterne alta et eterna ma-  
gnitudo tu es magnus ego  
aut parua et ideo mea insurmitas non  
potest attingere et altitudinem tuam nisi in  
quatuor affectus et intellectus cum  
memoria surgant ab infinitate hu-  
manitatis mee et cum lumine quod  
mihi dedisti in lumine tuo cognos-  
cant te sed si respicio in altitudinem  
tuam omnium elevatio quam anima  
mea possit facere in te est velut ob-  
scura non comparata ad lucem so-  
lis fine quantum est differens lux  
lune arota tui solis. Quia ego insur-  
mitas mortalis non possum attinge-  
re ad tuam magnitudinem immor-  
talem bene possum gustare te ex af-  
fectu amoris sed non videre in essen-  
tia tua: et ideo dixisti quod non videt  
te homo vivens: hoc est quod homo vi-  
vens in propria sensualitate et volun-  
tate non potest etiam videre te in af-  
fectu caritatis tue. Et si videndo ratio-  
nabiliter potest taliter te videre non  
tamen in essentia tua potest dum in  
mortali corpore vivit. Bene est ergo  
verum quod mea infinitas ad tuam  
altitudinem non potest attingere  
sed sollemniter gustare et videre  
in speculum tuum: et hec visio est etiam  
perfectione caritatis quia affectus  
caritatis tue plenarie possunt exprimere.

172

Essentiam vero non ut dictum est: et quando potius attingere affectus caritatis tue que non ut veri gustatores possum capere in mortali corpore vigens: quando fuit tempus et aduenit plenitudo temporis sacri quod acceptabile tempus videtur cum anima mea noscat in lumine meo nuntiatum esse tunc quando magnus medicus unigenitus. Uide et filius tuus venit in mundum quando sponsus vincens est sponse scilicet unitas in verbo humanitati nostrae. Quia unum medium fuit maria: que te eternum sponsum induit humanitatem suam. Sed hic amor et unio tam erat occulta quod a paucis cognoscebantur quapropter anima nondum bene considerabat altitudinem tuam: sed ut video in lumine tuo in passione humiliis verbi anima venit ad perfectam cognitionem affectus caritatis tue quia tunc ignis absconsus sub cincere nostro: cepit large et plene manisse stari aperiendo super lignum crucis sanctissimum corpus suum. Et ut affectus anime traheretur ad alta: et oculus et intellectus specularetur in igne tu verbum eternum voluisti in altum eleuare: unde in sanguine tuo ostendisti nobis amorem in sanguine tuo ostendisti misericordiam et largitatem tuam. In hoc etiam sanguine demonstrasti quantum grauat et ponderat tibi culpa hominis: in ipso lauasti faciem sponsae tue. Scilicet anime cui te vniisti per unitatem nature divinam in nostra

natura humana in ipso induisse aedium esset exuta: et cum morte tua reddidisti ei vitam. O passio desperata: sed tu veritas eterna vicius et non desideratur: nec amatur a diligenteribus semetipso. Sed ab eternis se et indumentibus te surgendo cum lumine in lumine tuo ad cognoscendum altitudinem tue caritatis. O placibilis passio et trans qua illa que cum tranquillitate patet facis apicem currere super flumina tempestuosum maris: o delectabilis passio et predelectis: o dulitie anime: o refrigerium afflictorum et cibis esurientibus: o portus et paradiisus anime: o verum gaudium et gloria et beatitudo nostra anima que gloriatur in te consequitur fructum suum. Et quis est ille qui vere gloriatur in te: non ille qui in incrementationis submissi affectui sensuali. Hoc enim nil aliud videt: quam terram. O passio que auferes qualiter infirmitatem dummodo infirmis curari velit: quia donum tuum a nobis non abstulit libertatem. Tu etiam passio reddis vitam tu: si anima propter temptationes demonum infirmatur: tu liberas eam. Si a mundo persequebitur: aut a propria fragilitate impinguatur: in eis refugium eius quia anima non in te nisi solum opera verbis in passione que surcunt finitatem: sed etiam gustant altitudinem caritatis divinae: unde per te passionem vult intendere: et cognoscere veritatem et inebriari: et consummari.

In caritate dei per infirmitatem suam que videtur infirmitas propter humanitatem nostram quae in te passa fuit. Sed tamen est maxima altitudo propter mysticum quod prouenit et ea in virtute deitatis qua elevat se ad altitudinem ipsius deitatis: et sic prouenit ad finem suum: quod alias non posset. O passio anima requiescens in te obiecta ad sensibiliterem qua propter gaudia affectum caritatis tue. O quam dulcis et suauis est hec dulcedo quam gustat anima que intrat sub hoc cortice ubi iuuenit lumen et igne caritatis: videndo unionem mirabilis diuinitatis in humanitate nostra effecta: et videt humanitatem partiri non deitatem. Respice anima mea: et videbis verbum in humanitate nostra effecta: ut nubes: sed non recipit deitas lectionem propter nubes: aut tenebras nostre humanitatis. Sed manet in tuis absconsus sol et splendor divinus. Sicut serenitas celi quandoque manet absconsa sub nube. Et quis demonstrat nobis hoc: quod finita pena in corpore vestibili remansit deitas: et post resurrectionem fecit humanitatem lucidam que tunc erat opaca: et facit immortalē que prius erat mortalis. Tu ergo passio indicas doctrinā quam videris rationis creatura se qui: unde fallitur ille qui manuit se qui delectamina quam penas cum nullis nisi per verbum proueniat ad patrem: et te verbum non possimus sequi nisi gustemus te in affectu penarum: et si anima non vult sustinere penas ipsa sustinet iniusta: si autem cum sole luminis vult portare: tunc ex nullo labore

perennetur affectus anime: sicut in verbo deitas nullatenus passa fuit quod voluntarie facit est portatrix laborum: ergo manifeste ostendit quod post tempus acceptabile passionis verbis anima potest cum lumine gratie cognoscere tue caritatis affectum: et cum hoc lumine in tempore finito peruenimus ad cognoscendum essentiam tuam in tempore infinito: unde hac infinitate passionis cognoscimus altitudinem tuam non quod mysteria tua sint infinita: immo sublimia: sed insimulo dico propter passionem infinitum humilitatem. O dulcis et eterne deus sublimitas infinita: quod ad altitudines tuas non poteramus elevari affectum qui erat insimulus: nec lumen intellectus propter tenebras culpe. Ideo tu sumus medicus largitus es nobis verbum cum esca humanitatis et cepisti hic me: et cepisti demonem non in virtute humanitatis: sed in via nostra: et sic faciendo te parvulus magnificasti hominem. Saturatus obprobriis replesti cum beatitudine: exuriente te saturasti cum in affectu caritatis tue: crucendo te vitam induisti cum gratia repletus verecundis reddidisti ei honorem obscuratus quantum ad humanitatem reddidisti ei lumen extensus in cruce amplioribus es illius: et fecisti ei cavernam in latere tuo in qua refugaret a facie inferni: in qua caverna potest cognoscere caritatē tuā: quod per ipsam ostendit: quod plus volueristi ei dare quam posses cum operatōe finita: illic iuuenit balneū in quo lota est facies anime sue a lepra culpe. O delectabilis amor: o dignus

O abissus caritatis o incomprehensibilis altitudo quanto magis aspiratio altitudinem tuam in passione verbi tanto plus mea misera bilis ala erubescit quod nunquam te nouit et hoc quod semper fui vina affectum sensualitatem romani aut mortua. Sed hodie placeat altitudini caritatis tue illuminare oculum intellectus mei et eorum quos mihi dedisti in filios ac omnes creature tuam rationabilium. O veritas amor meus vnum querio a te in tempore quo mundus faciebat infirmus tu misisti in mundo verbum unigenitum tuum ut meditum cum quod scio et ex amore fecisti et non ex meritis nostris. Modo video mundum totaliter in morte faciente et intenta quod anima mea deficit in visu ista. Qualis erit nunc modus ad suscitandum iteque mortuum istum cum tu sis imparsibilis deus nec amplius venturus ad redimendum mundum sed ad iudicandum. Quomodo ergo reddet vita huic mortuo non credo infinita beatitas quod deficiant tibi remedia: immo fateor quod nec amor tuus deficit erga nos: neque infirmata est potentia tua: sicut sapientia diminuta et idealis et vis: et potes: et scimus mittere remedium a portunitum. Quare supplico si placet bonitati tue quatenus indices mihi remediorum istud: ut anima mea sit animata viriliter assumere illud. Respondeo veritas est: quod filius tuus non amplius est venturus: nisi cum maiestate ad iudicandum: vel dictum est. Sed ut video tu vocas seruos tuos christos: et cum hoc modo vis auferre mortem: et reddere vitam mundo. Et quomodo? Quod ipsi

virs littera ambulet per viam verbis sollicitate: et cum ignito desiderio procurantes honorem tuum: et animarum salutem proposito sustinendo patienter pernas et tormenta obprobria: et improperia a quisuscumque eis illatas: qui bus penitus que finite sunt iunctus a finito desiderio corundez tu vis dare refrigerium. Fraudare preces: et implere desideria ipsorum: sed si solummodo paterentur corporaliter absque desiderio supradicto non sufficeret eis: nec alijs sicut in verbo absque virtute deitatis passio non satisficeret saluti humani generis. O mediator optime: da ergo nobis de istis Christis qui in vigiliis: lachrymis: et orationibus ducant vitam suam pro salute mundi. Tu vocas eos Christos tuos: quia confirmatis sunt unigenito filio tuo. Dcede quiclo eternae patrem: ut non sumus ignorantes ceci: aut frigidus: nec obscuri visus intantum quod non videamus nisi nos. Sed da nobis cognoscere voluntatem tuam. Prececani dic miserere mei. Gratias: gratias ago tibi: quod dedisti refrigerium anime meae tum per agnitionem quam dedisti mihi qualiter possem cognoscere altitudinem caritatis tue adhuc vigens in mortali corpore quod etiam propter remediorum quod video ordinatum a te: ut liberetur mundus a morte. Non ergo amplius dormias misera bilis anima mea que toto tempore vite tue dor misti: o amor inestimabilis corporis tuae seruorum tuorum valebit virtute sancti desiderij aiaz corundez: quod omnis derisio valebit yntute desiderij caritatis

**tne.** O aia mea misera nō amplera  
trix lucis s̄ tenebrar̄. Surge surge  
a tenebris. Excita teiplam ap̄i oculū  
lum iſtellecūz r̄ ſolue i abifum ca  
rtratis diuinc: qz niſi videas nō po  
tes diligere quantū videbis tantuz  
diligēz r̄ diligendo ſequeris r̄ indu  
es voluntate ſuā. **Ideccauī domine**  
**miferere mcl.**

**O ratio eiusdē ſcā 'Rome die fo  
nis: quinto ap̄lis aīi ſupraſcrip. xiij.**

**O** Resurrecțio noſtra: o resurre  
țio nřa alta: z eterna trini  
tas cuiſcera aia mēa. O redēptor  
z reſurrecțio nřa: o trinitas eterna.  
o ignis: inue vrens qui niquā ex  
tingueris: nec deficitis: aut diminui  
potes etiā ſi totus mūndus accipiat  
ignē tuū. **L**umē qd̄ das lumē z in  
lumine tuo videm⁹ i lumine tuo vi  
deor: z abſq; ipſo nō poſſem vidēr̄: qz  
en es qui es: ego ait ſum que nō ſu⁹.  
**I**n eodem lumine cognosco neceſſi  
tate mēa: z neceſſitate tue ecclie: z  
totius mūndi: z qz i lumine tuo cogno  
ſeo h̄ peto a te: qz cuiſceres alaz mēa  
p̄ ſalutē totius mūndi: nō qz er me  
aliquē fructi poſſim. p̄duere. Sed  
er virtute caritatis tue qz ē opatrie  
ciūm bonoz. Uſi ſi i abifū carita  
tis tue aia opaſ ſalutē in ſe z uſilita  
te ſi. primo ſuo ſicut: deitas tua alta  
z eterna trinitas opara ē i humani  
tate nřa: vñ cū iſtrō humanitatis  
nře qz cū ope ſinuo in medio noſtre  
humanitatis opata ē p nobis iſimi  
tā uſilitatē nō in virtute humanita  
tis: ſed diuinitatis tue: in hac vſitg

te trinitas eterna videnſ creati cū  
cta qz particivāt eſſe z ois virtus p̄f  
ſtens i hoſe ſpūalis z tpalis eſit ate:  
vez ē qz voluſti qz homo laboraret  
in iphiſ opando cū libero arbitrio:  
**O** trinitas eterna: o trinitas eterna  
i lumine tuo cognosceſt qz in eſ illud  
ſumā: z eternā viridariu⁹ qz id i te  
tenes clauſos flores z fructus: qz na  
es floſ glorie qui tibimet gloria redi  
dis tibimet fructus: vñ anullo alto  
h̄ potes recipere: ſi enim ab aliquo  
alto reciſe poſſes iam nō videtur  
qz eſſes eternus: z eſpoiens deuſ: qz  
iſle qz i tibi redderet h̄ non videtur  
p̄ceſſiſe a te: Sed et dictū ē in tib  
met eſ fruct⁹ z gloria: z fruct⁹ quos  
reddit tibi creaṭura tua ate ſunt: z  
ate recipit vñ reddere poſſit: in vir  
idario ſimis tui pater eterne clau  
ſus erat homo. Tu traſti eū ſectā  
mēte tua uelut florē diſtinctā in trā  
bus poſtēq; aīe: z in qualibet poſuſ  
ſti planctā: vt poſſent fructificare i  
viridario tuo redēctō in te cū fra  
ctu quē dediſti ei: z tu rediſbas i aia  
replendo cā beatitudine tua: i qua  
aia manet ſicut pīſcī in mari: z mo  
re in pīſcī. Dediſti ei memoriam: vt  
poſſit retinere bāſicia tua: vt ex hoc  
p̄duceret florē glorie nomini tuo: z  
fructū uſilitatis. Sibi dediſti ei cū  
iſtellecūt: vt iſtelligeret veritate: z  
voluntate tua qz voluntas ſolūmo  
do querit ſanctificationem nřa: z ve  
germinaret florē glorie: z poſtmodiſ  
fructū virtutū: z dediſti ei uelitatem  
vt poſſit diligere id qz iſtellecūt vñ  
dit z memoria retinet. Et ſi reſpi  
cio te lumē trinitas eterna: hō p̄d̄,

176

dit istū florē. L. ḡam ex culpa cōmis  
sa: qz nō erat apt⁹ postmodū: nec va  
lebat reddere gloriā tibi p̄ illū mo  
dū: z finē ad quem creasti ipm. Tū  
pp culpa tu nō introibas in gloriaz  
tua p̄ illū modū quē veritas tua sta  
tuerat: vīt: dariū tuū erat clausum  
qua pp nō poteramus recipie flores  
nece fructus tuos. Et ideo fecisti por  
tinariū verbū vñ vni: enī tuum  
enī dedisti clauem deitatis: z huma  
nitas fuit manus q̄ vñisti simul: vt  
agirent iannā ḡe: iuc: qz deitas nō  
poterat aperire absq; humanitate  
que humanitas clauicula pp calpā  
pm̄ hoīs. Neq; humanitas nūpler  
poterat aperire absq; deitatis: nam  
opus suū fuisse finitū z offesa erat  
p̄tra infinitū bonū cōmissa: z de cul  
pa p̄tinis debebat erire pena: vñ  
nullus altius medius sufficiēs erat.  
**O** dulcis hostiarie. o humilis agn⁹  
tu es ille ortulanus qui rescratis ia  
nus vīridarij celestis. L. gadisi por  
gis nobis flores z fructus deitatis  
eternae. Ex nūc quidē cognosco: q̄ tu  
diristi veritatē: qñ l̄ forma pegrini  
appens duob⁹ discipulis suis i via  
diristi: q̄ sic oportuit pati xp̄m: z p  
via crucis introire i gloriā suā ostē  
dendo illis: q̄ sic p̄secutū fuerat per  
Mōisen: Elia: Iaia: Dāuid z alios  
q̄ d̄ te p̄p̄ctauerat: z si eriplatibas  
eis scripturas: ipsi vero: nō intellige  
bāt te: qz caligenerat ocul⁹ intellect⁹  
eoz: s̄z tunet teip̄m intelligebāq̄  
erat gloria tua dulce z amoroſum  
verbū: En ipse nūquid: vt itrares  
remet oportebat te pati.

Oratio eiusdem facta Rome in  
die circumcisionis domini: ad in  
stantiam domini. N. Cardinalis or  
dinis predicatorum ad circuncidē  
dam duricitem induratorū contra  
ecclesiam. zūij.

**O** Sūme vēns amor testimoniis  
lis ignis eterni illuminans  
mentes hominū: calefacies eas spi  
ritu amoris tui: z consumens quies  
quid habet anima tibi obnoxiam:  
quantum s̄t te est: s̄t te video quod  
ille amor qui te constrinxit trahere  
no: et te cum noticia tul ad lau  
dem z gloriam nominis tui: Ille idē  
amor constrinxit te induere morta  
litudinem nostram: vt reduceres ve  
nios nos ad te: z q̄ hodie ostendisti  
